Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1499
Quelle:
Copyright:

Supplementi dyalogi. Sicut enim habetur ſupplementum Trialogi, ſic etiam et dyalogi. Et ſtatim: *Sequitur Capitulum 30. Trialogi wiglepb de Canoniſatione.* Ejus initium: *Delector frater froneſi. Quod tantum magnificas ſaluatorem* &c. Itaque *Supplementum* praeit ipſi Operi, quod en!

III. *fol.* 34. *Incipit primus liber Trialogi. Capitulum primum.* Initium: *Cum locucio ad perſonam multis plus complacet* &c. Opus pluries relatum.

IV. *fol.* 188. *Incipit Supplementum trialogi.* Ita: *Utrum clerus debuit dotacionem quam modo occupat, a dominis temporalibus recepiſſe. Et videtur quod ſic* &c. Et iſtud Supplementum alio titulo *De Dotatione Eccleſiae* jam occurrit *Codd.* variis, quos in *Indice* confer. Ad calcem: *Doſt' neliby.* Improbantis.

V. *fol.* 207. *De ſalutacione angelica.* Initium: *Quamuis autem ſalutacio angelica dicta ad beatam virginem ſit communiter et laudabiliter vſitata* &c. Relatum ſaepius.

VI. *fol.* 209. p. 2. Accedit Index alphabeticus in *Trialogum.*

CCCCIV.

881 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 359. f. per duas columnas probe, non tamen una manu, exaratus, rubricisque et marginum Summariis diſtinctus varia complectitur *Joh. Wicleſi, Joh. Huſſi* et *Jacobi de Miſa* Scripta, quibus et Elenchus et Rerum notabilium Index praemittitur. Sunt vero: I. *Joh. Wicleſi Dialogus.* Initium: *Cum ydemptitas ſit mater faſtidij* &c. ut alias. Ad calcem: *Correctus eſt Anno domini M°.CCCC°.XIV°. poſt feſtum Georgij feria ſexta.*

II. *fol.* 21. Ejusdem *Trialogus.* Initium: *Cum locutio ad perſonam* &c. ut ſaepius. Ad calcem: *Correxi anno domini MCCCCXIV. finiui poſt aſcenſionem domini ſabbato die ante horam XVIII. Amen.* Igitur in *Bohemia* ob horologium.

III. *fol.* 125. Ejusdem *Expoſitio capituli 23. Mathei ewangeliſte.* Initium: *Cum ſecundum Apoſtolum Heb. 11. fides ſit fundamentum* &c. ut alibi.

IV. *fol.* 141. *Sequitur ſuper* (Caput) *24m.* Initium: *Quia Ewangelium iſtud eſt multis abſconditum* &c. ut alibi.

V. *fol.* 150. p. 2. *Incipit ſermo Magiſtri Johannis Hus ad populum de corpore Chriſti. Amen.* Initium: *Impugnantibus uerba ewangelij et ignorantibus circa ſacramentum dominici corporis veritatem* &c. Ut *Cod.* DCLXII. et alias, et *Opp. Huſſi* edit. 1715. P. I. p. 202.

VI. *fol.* 156. *Poſicio Reuerendi Magiſtri Hus de ſangwine ihesu chriſti amen.* Initium: *Utrum chriſtus omnem ſanguinem* &c. Ut *Cod.* CCCCXXI. et alias, et *Opp. Huſſi cit.* P. I. p. 191. Hic ſubnotatur: *Finit determinacio queſtionis — per Reuerendiſſimum Magiſtrum Johannem de Huſſinecz*

Sacre